Ante partum dolere; Unde apostolus ad galatas; Filioli mei quos iterum
parturio donec formetur xps in uobis;
Dixit insipiens ... id est populus infidelis uel hereticus aliquis qui
non habet ueram sapienciam desursum descenden-
tem sed terrenam animalem diabolicam. Non est
ds. De xpo dicit ereticus uel iudeus qui eum solum
modo hominem putat; Notandum quod dixerit insi-
piens in corde suo: cum dicere ad os magis pertineat quam ad cor;
Neque enim corde uerba formamus sed ore; Sed dicere in corde est
intra cogitare. Cum autem ds inspector sit cordium et perscrutator
cogitacionum: quecumque in corde cogitamus: deo quodammodo
loquimur cui non solum uerba sed et cogitata eque nostra patent;
Corrupti sunt. i. fide primo in corde deinde moribus et opere. Et
abominabiles. i. deo execrabiles. Non est qui faciat bonum. i.
in societate scilicet reproborum; Nam hoc de omnibus tantum intelle-
gendum. Deus de celo prospexit super filios hominum. i. dominus apostolorum
predicacione per quem nobis ille celorum arbiter intonuit; Potest et cum
hoc quod de celo dicitur de homine intellegi; Ut uideat si est intellegens
aut requirens deum i. ut uideri faciat nos atque scire. Nam dum
aliquis uir sciens cogitat et dolet ad malum pro eo omne deus utitur;
magis quam in me illius presidens hec eum cogitare facit; Omnes
declinauerunt simul inutiles facti sunt, ecce qualiter parturit
ecclesia; dolentis quippe est haec uox. Non est qui faciat bonum usque
ad unum. Nec unum solum facere bonum. Nam si uel de uno id intellegi-
re uoluisset propter unum diceret; Sed quem potest cum nemo sit qui bo-
num faciat quia si sit qui malos tolerat et pacienter expectat; Hoc igitur
ad homines est tantum referendum non ad dominum qui est et facit bonum;